

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gottlob Friedrich Seligmann Leonhard Nikolaus Elvern von

Cunctatorem Bonum

Rostochii: Richelius, 1683

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730611574>

Druck Freier  Zugang



Ru. phil 1683

53.

Q. F. S!
CUNCTATOREM
BONUM,

Indultu

Amplissimæ Facultatis Philosoph.

benevolò,

Sub PRÆSIDIO

VIRI Reverendi admodum atq; Excellentiss.

DN. Gottlob Friedrich Seligmann

in Almâ Nostrâ Rostochiensi Metaphys. & Phys. Prof. Ordinar.
celeberr. Facultat Philos. h. t. Decan. Spectatiss. Templi Cathe-
dralis Archidiaconi Vigilantiss. apud Lipsienses ad-
huc Ducalis Collegati,

Dn. Fautoris ac Præceptoris S. absque cun-
statione, h. e. omni loco atque tempore, devenerandi
ac suscipiendi,

In Templo Johanneo Auditorii Maj. Vicario,
ad d. 14. April. Anno M. DC. LXXXIII.

P. P.

Autor & Respondens,

LEOHARD NICOLAUS de ELVERN.

ROSTOCHII,

Typis JACOBI RICHELII, Senat. Typogr.

BIGÆ VIRORUM
Omni laude inclutæ;
GENERO SO atq; NOBILISSIMO,
DN. HIERONYMO

von Dornen /

& GENEROSO

DN.

HENRICO Kerckring/

utriusque Affini suo longè honoratissimo,
Illi etiam Civit. Imperial. Liberae Lubecens.

Senatori gravissimo,

benè cunctandi, benè festinandi

Prudentia

jam dudum plurimum bono natos atq; factos
demonstravit,

Magnis S. Fautoribus

CUNCTATOREM BONUM

omni absq; cunctatione

Sacrum capie

atq; dedicatum,

Tantorum Nominum

non cunctabundus

Cultor;

Leohard Nicolaus ab Elvern.



I. N. D. J. C.

I.

Si quidquam abs Politicā Prudentiā insignem curā atq; observantiā postulat, id sanè TEMPUS est; qvod, nisi ritē collo-
ceretur, de amissā opportunitate querimo-
niam non raro præter spem injungit, sui-
que jacturam magno darano vindicat.
Factum inde, ut sint, qui in architectura
fortunæ, ceu vocat Verulamius (α), nihil
Iusciendum svadeant, in quo necesse sit plurimum temporū insumere, ut
velint potius, ne unquam aurem nou vellicet notus ille versiculus.

Sed fugit interea, fugit irreparabile Tempus.

Qvod & Orator optimus, Demosthenes Athenienses suos, qvibus
momenta temporum neglecta exprobrat, docere suscepit, agendi,
iuqviens, tempus in apparatu consumimus, rerum autem occasiones non
expectant ignaviā vestram & tarditatem (β). Scilicet, ut idē(y) Demo-
sthenes habet, dum navis est salva, prompte consulere & indefinenter pro-
videre oportet, ne evertatur: postqvam fluctus exuperat, inane est studium.

(α) L. VIII. de augm. Scient. c. 2. post Parabol: 34. f. 233. qui
quartum præceptum architecturæ sua ex hoc, quem al-
legavimus, suasu de tempore constituit, atq; illustrantia
ab iis petit, qui professionibus laboriosis se addixerunt a-
deoꝝ in fortuna sua constituenda minus solertes sunt, à
voce architecturæ parū abit vox Bessaliana: Die Glücksa
Schmiede. (β) refert Lipsius Polit: L. 3. c. 8. n. 6. (γ) ap.
eundem Lips. ibid: n. 2.

II. Perducunt hæc ad elegantem festinationis non incaute-

A 2

com

contemplationem. Nec enim per omnia Gladiatorum (δ) sed & Principum, sed & Politiorum hoc esse crediderim in arenâ consilium: cùm casus sàpè incident, in qvibus spatiū deliberandi frustra expectes, imò Te male expectasse cum detimento sentias. Fas est qvandoq; casu oblata vertere in sapientiam: qvid verò hoc nisi capere in arena consilium? Imponit aliquando necessitas conatus maturatos; neq; qvadq; adē incrementa prima sustentat ac promovet, qvam bona & prudens in exequendo celeritas. Unde Livii illud apud Saavedram (ε): agendo audendog; Res Romana crevit, non his segnibus consiliis, qvæ timidi cœta vocant.

(δ) ex Senecâ alias Lipsius: Gladiatorum hoc est, non Principum vid. Polit: L. 3. c. 8. n. 3. qvāngvam eundem nec per omnia isti huic subscribere ex alis patet (ε) Symb. Polit: 64. p. 523.

III. Atq; huc respexit jam ante biennium de Casu oblatis in sapientiam versis dissertatione (ζ); cuius scopus eō reddit; non negligetur sibi profutura, qvi nihil operetur, cuius eventum haut putet variis casibus obnoxium (η). Interim tamè video in eadem etiam non respici monitum, qvod in fortuitis calamitatibus probavit Plutarchus: id agendum esse, ut haud facile qvid eveniat omnimodis præter expectationem, i. e. ut in longum prospicio per rite præmeditata consilia, si non omnibus, certe plurimis ex improviso ingruentibus nosmet velut paratos offeramus (ι). Sicq; in ipsâ festinatione nos præviâ qvâdam cunctatione simul usos esse reaple demonstremus.

(ζ) qvæ publici Colloqviis materia sub Excell. Dni Præsidio mei Præsidio ante biennium & qvod excurrerit, à generoso quodam Juvene facta fuit. (η) Hoc volunt terminalia totius dissertationis, (ι) vid. ejusd. §. 6.

IV. Scilicet maxima est in Politicis rebus utriusq; & Festinationis & Cunctationis ratio, aureumq; meritò putatur Imperatoris Caroli V dictum: animam Consilii tarditatem esse, celeritatem executionis; ambas aurem simul juncas quintam essentiam, ut loquuntur, prudenter aliujus Principis ac Politici. Abs quo non alienum illud Jacobi

55.

Jacobi Regis Angliae, Eium jubens, in consultando prudentem esse & circumspicuum, in decidendo firmum & constantem, promptum & expeditum in exequendo (ι.) Adeo verum sapere est: statim exequi Regium videri (κ.) nec tamen a veritate semper dissentaneum: Quid segnities est, sapientia vocatur. (λ)

(ι) vid Saav. c. l. conf. Dürrii Ethicam Paradigm. P. III. S.

III. c. l. apb. 3. imò ipsum Machiav. apud quem totum i-

stud extat L. 2. Hist. Florent. (κ) Tac. ann. 6. c. 32 v. 2.

(λ) id. L. 1. Hist. c. 49. v. 5. confer banc in rem iterum Sa-

vedram c. l.

V. Ceterum habet etiam Eman. Thesaurus, illustris ille argutiarum Auctor (μ), egregiam picturam, quā non absimilia, more suo i. e. ingeniosissime, exhibet. Videas enim, inter ornamenta Regiorum conclave, machinam quādam horariam ex earum genere, quae auro gemmisqve Nobiles, non tam rotarum, quam figurarum motu animatae sunt, cuius summum fastigium occupat Hercules, clavā elatā ad feriendum paratissimus, cum Italico Inscripto: A SUO TEMPO. Consonare qvicquid est hujus imaginis sapientissimi Græcorum tesserae; NOSCE TEMPUS; qvod prudentiæ summum; non præter rem judicat Vir consultissimus, qui Notis Argutias illustravit. Et certè si adjungas majori illi Tabulæ additas minores qvatuor, Eternitatis, Anni, Diei, Notis, Symbolicam quādam effigiem continentis, si superliminaria (ν) non omittas emblemata, qvibus occasio (ξ) commendatur, quām nitidum temporis benē observandi mnemosynon celebratissimus ille Emanuel suggesserit, satis superqve animadvertes. Sic res loqvuntur ipsæ, sic testantur Imperatoria Regiaque monita, sic imagines illustrium ingeniorum monstrant, nec aliud Politicorum scripta differunt, quām partem longè maximam prudentiæ politicæ in curâ temporis sitam esse.

(μ) Inscript: Edit Colon Brandenb. p. 146. (ι) Horam en. horarium ipsum notat. (ξ) addita sunt lemmata: paucis occasio nota; dum favet astrum.

VI. Vocare etiam supputationem temporum posses; sed alio

A 3

paulum

paulum sensu de Chronologis (o) vox illa accipi solet; quod obser-
vantia Temporis Iudeis maximè execrabilis est, ita ut calculum
diris præ indignatione devoveant, dicantque sapientes, ceu apud
ipsos extat, *Intumescat spiritus eorum, qui tempora suppunt!* () Quæ
execratio unde oriatur, vix ignorat, qui spem in futurum qven-
dam Messiam adhuc ab iis ponit, inaudiit. Tempus, Nostro præ-
sentique loco convenienti sensu, suppuntat, qui momenta actionibus
aut actiones potius momentis applicare studiosius laborat, atque
id circa

& sibi quid sit

utile sollicitis computat articulis (e).

(o) adde Fassorum editores, quos conjungit Verulam. de
Augment. sc. L. 2, c. 6. f. 51. () habet hac Schickar-
dus in Mischpath hammelch f. Jure Regio c. 6. Theor.
20. p. 477. (e) ut habet Ovidian. illud, vid. ceterum Lexi-
cographos passim.

VII. Equidem solito multum esse non licet, cui festinandum
& cum festinandum est, solitum tamea ante fuisse decet. ne im-
provide festinasse dicatur (). Cunctanti verò cura & sollicitudo
accuratio incumbit, ut Livii illud expleat; *Omnia non properantur*
claras sunt & certas; ut Artabani leqvatur ad Xerxes dictum: *iterum*
atq; iterum, cum videbitur, re apud te ipsum probè consideratâ, edicito, quod
optimum arbitaberis (). Certè Industriam arguit, meditandi; pa-
tientiam cunctatio, dum locum qværit captandis ac undique que
prospiciendis occasionibus, neque qvidquam temerè facit, sed
deliberato omnia consiliô, quod destituuntur saepiuscule qui festi-
nant.

(sigma) *Huc Taciti illud Annal. L. 3. c. 66. v. 6. multos etiam*
bonos festinatio possundedit (vid. banc in rem
Reusn. Hort. Hist. Pol. Cor. III. Flor. II.

VIII. Quandoquidem igitur alibi, quæ ad observantiam mo-
mentorum temporis in casibus, adeoque ad eruendam ex iis, licet fe-
stinantibus ac subito, nî attendantur probè, prætereuntibus sapi-
entiam spectant, pro temporis chartæque ratione, ceu supra dixi-

mus.

56.

mus, illustrata sunt: Jam ad cunctationem, tanquam alteram prudentiae circa tempus partem, accingor ego; & quanquam Virium mearum imbecillitatem non ignorem, exercitii tamen loco, quanquam valeam, tentaturus, eidem aliquot paginas consecrare fuscipio. Fazit DEUS, qui omnia suo tempore i.e. sapientissime agit, ut fiat id feliciter!

IX. Non autem multum circa Nomen laborabo, utpote eius curiosa inquisitio vix grata omnibus ac accepta est (v). Neque offert se hic adeò quoad istud aliqua difficultas. Si vocum collectores conferamus, cunctationem tardationis aut moræ synonymo nomine, quod videlicet licuit, exprimunt (ϕ); prætereaque primum annotant; nisi quod in Ciceronis etiam Epistolis pro dubitatione & hesitatione usurpatæ eadem vox inventiatur: quæ significatio etiam à scopo Nostro non omnimodis abit (x). Qvicquid ergo hujus sit nobis cum eodem Cicerone cunctabundam significat prudensiam, quæ in rebus suscipiendis ac peragendis utimur: Eoque sensu Fabiu[m] ab æquis Censoribus non absq[ue] laude Cunctatorem vocatum esse persuasi sumus; (ψ) licet idem titulus penes simulios infamia quādam notā laboraverit (ω).

(v) vid. Verulam. de Augment. Scient. L. 6. c. 1. fol. 146.
(ϕ) confer ipsos passim, (x) ad Attic. L. 10. 201. (ψ) quod sum versus: Unus homo nobis cunctando restituit rem ap. Cicer. sub init. Cat. Maj. ex Enni: (ω) confer Liv. L. 22. n. 15.

X. Sic verò, ambiguum esse Cunctatoris Titulum, discimus. Nonnullos bene, male alios cunctari, medium tenere beatos. Atq[ue] hos in medio positos bonos dicimus; quod prudentia vera in cunctando ipsorum duætrix ac directrix sit; abs quâ quod proficitur, id est, quæ subsunt alias mala, relipuit atque avertit. Possimus rem illustrare ϕ λαντιδz collatione, quæ homini lapsi congenita, summa quidem, sed & maximam partem corrupta est: hinc illi si indulgeatur, ϕ λαντia oritur per versu acquista; si resistatur, & reliquia bona magis marginis excolanit acquisita recta, Excolantur autem reliquia tum per distinctionem

scetionem boni à malo, tum per debitam bonorum ipsorum subordinationem: quod utrumque ritè se gesturi officium prudentia Philantropus regens procurat: ceu hac de re tota, more suo i. e. accuratissime, differit Dnus. D. Alberti, Vir per omnia Celebratissimus (α). Pariter innata, eheu! nobis, ad bonum imprimis, pigrities est; ad malum licet veloce pede provolemus lubentissimi: isti ergò si nostram mentem permittamus, negligentes potius & ignavi, quam cunctatores (quorum est, aliquid per consilia prævida intendere,) evadimus: si excitare, sed intra cancelllos debitos, velimus & bene à malis bona, & à bonis meliora ac præstantiora secernere, eò deve niemus, duce prudentia illà verà non apparente (β) ut boni possimus Cunctatores nuncupari: velut in subsequentibus talium vestigialegere nunc propositi quoque nostri est,

(α) evolvatur elegantiss. illud J. N. compend. ejusq; P. altera c. 2. à §. 3. ad 7. (β) ita distingvit benè Verulam: serm. fidel. n. 26. f. 118.

XI. Sed sicut sapientia ex casibus hausta, quā qvinarii habituum Aristotelici primum secundū ve numerum facit (γ), considerata solum non fuit (δ): sic neque prudentiam isthanc, quam cunctando attibuiimus, solis nunc assignare Prædictis libet; etiam in scientiis sunt aliqua, circa quā prudenter cunctari licet; atqve utinam omnibus Philosophantibus placuissest cunctandi ritè ratio, certè tot opinionum diversitatibus inqvinatam non doleremus Philosophiam (ε),

(γ) qvienim in SISP A mnemosinon eorū querunt, sapientiam primo loco ponunt: alijs præmittunt intelligentiam: de quare, cum jam nos non spectet, soliciti adeò non sumus (δ) vid. dissert. de Cas. Oblat. annot. sub Thes. s. lit. b. (ε) vid. hic non taxanda Cartesij quoad Doctrinam de prejudicis desiderata princip. Part. I. sub fin.

XII. Ordierunt proinde à SCIENTIIS, & qvā cunctatorem Bonum in iis demonstrent, ponderabimus. Ut res succedat faustus, afferemus prius nonnulla circa Canonem istum: Hanc facile quid-

57.

quidquam admittendū pro vero esse, nisi quod ante cum curā examinaverimus: qvippe qvi totum velut Cundationis in scientiis fundamentum esse creditur. Cumq; id intendo, per SCIENTIAS qvid intelligatur multis fortasse determinandum non fuerit; alias in Scholastico-
rum prolixitates, s̄pē minus necessarias (2), h̄c pateret digressio. Seqvi potius nunc placet Experientiſſ. Viri, Dn. Joh. Dan. MAJO-
RIS, Profess. Medici apud Kilonienses Primar. compediumsiora,
qvibus in Genio errante (3), omne illud per scientiam & sapientiæ
studium abs se intelligi profiterur, qvod intellectum Humanum ab imâ, ut
sic dixerim, ignorantia Terrâ abripit, & per distinctos apprehensionum
primò, admirationum dubitationum, Meditationumve Gradus, atque hinc
sensim ulterius ad aliquam de rebus opinionem dicit; usq; dum ulterio-
rem Veritatis Creatæ aut increatae Cognitionem aſsecutus, & plene Jane
conſtitutus extra contradictionum formidines, DEO utcunq; evadat pre-
pior & Multis scientiæ luce fulgurans inexhaustæ illius omnisciencie que-
dammodo ſimilis reddatur. Hæc Excellentissimus MAJOR. Que
compendiosiora dixi; qvod ordinem in Scientiis feliciter acqvi-
rendis obſeryandum, breves intra lineas, contineant: atque ea
seqvi volui, qvod Canonii adducto non parum lucis foenerari vi-
deantur.

(2) Vid. Heereb. Epifl. Dedicat. p. 4. sub fin. ubi prolixia-
tum talium nomina exprimit. Ceterum allegari poſ-
ſent Armandus de bello Visu Explicat Term. & Eusta-
chius a. S. Paulo in Summ. Philes. quadripart. qui mibi
ad manus ſunt, niſi in rem ipsam quam voces maſhem in-
quirere (3) diſſertat, iſtius C. I. A. 2.

XIII. Nimicum est juxta Verulamium (9), caſa & radix ſerè
omnium malorum in ſcientiis ea una, qvad, dum Mentiſ humanae vires
falso miramur & extollimus, imò, addo, dum nimium quandoq; ve
ſupprimimus & omnem ſcientiam noſtram in alterius autoritatem
roſolvimus, vera illius auxilia non queramus. Quem utrumq; de-
ſectum ſi diſtinguiſſ evolvas, remedia uitiq; etiam oppoſita oſten-
dant, qvæ ad SCIENTIAS per exameſ ritè inſtitutum adeoque per
prudentem Cundationem, via ſit. Eſt autem prior deſtus, inge-
niorum

niorum liberrimæ vibrationis; quæ acuta sunt, subtilia, excitata summaq;
alacria; Et suâ quidem celeritate, tanquam fulmineâ vi, facile quidvis
penetrant: posterior, ingeniorum crassorum atque obtusorum quæ aut
ab ore statim aut servile educatione nec non interdum morbo aliâve ra-
tione talia, plebeja ac minus alacria sunt. In Neutra parte aptitudo
deprehenditur ad invictam certitudinem sibi comparandam Non
habent eam illa quia concitatoribus acta motibus nulli operi patienter in-
lærent, sed modo ad has, modò ad illas meditandæ Materias non tam
circumspicte properant, quam præeps, & tanquam Milites fugitiivi ru-
unt. Turgescentibus Undis Marinis quoque similia, quæ Vorticoso im-
pingunt in littora impetu, sed eâdem quâ accesserunt celeritate mox in
semel ipsæ retrocedunt. Non hæc quia torpor & segnities ejusmo-
di longius ac profundius distat ab appetitu scientiæ; ac quod magis
ei indulgetur eò minor ex scientiis dulcedo expectatur, eò major
circa ignobiliorum objectorum cumulos cura, locum nobiliori-
bus merito consecrandum occupat, ceu pluribus id autor (i) alle-
gatus, nec non alii eleganter docent.

(9) Novo Organo L. I. Apbor. IX. quanquam ceterum singu-
laris prærogativa, quâ intellectus aliis Natur. Donis an-
teit, non sit neganda vide Dn. D. Maj. diss. de Gen. erran-
te c. 2. (i) videatur Genius errans A. 3. sequentibusq;
pag. (x) pariter enim hos defectus Cartesius notavit in
Dissert. de Metb. qui ingenia alia nimis sibi confidenti-
um, alia animis sibi diffidentium facit p. 13. add. Excellen-
tiss. Dn. Presidis selecta Physica prima n. 4.

XIV. Videas vice versa utrobiq; Scyllas latitare & Cha-
rybdes quas mediò incedens salò qui præternavigat in columnis, ha-
bet, cur sibi gratuletur. Unde tertia nata aliquoties adducto
Dno. MAJORI (λ) ingeniorum Classis, eaq; Mediocrium, quæ
scientiis excolendis aptissima, utpote nec torpida nimis, nec ala-
cria, sed mox quodam mentis, inter alacritatem summam & tardita-
rem imam, medio, res speculationi sue objectas, nec segniter valde arri-
piant, nec, semel arreptas cito nra, sine moderatione & curâ, ex ani-
mo ire-

58

mo iterum per ullam ejus precipitantiam, transmittunt. Et haec quandoq; videm per medium, qvod tenent, sibi tum abs nimis arduis & prolixis, elatiorum ingeniorum deliciis, tum abs æqvō profundioribus, queis sectatores Minutiarum delectantur, dum abs transversim hic illuc continuo spectantibus (μ), qvod inquietorum opus cavent, iunctionis bona in scientiis ideam possunt suggerere.

(λ) Verba leges in ult. pag. A. (μ) in hæc tres partes rotus Genii errantis Discursus videtur distributus.

XV. His enim, si paulo res ipsas intropiciant, obscurum omnino esse non potest, qvod variis in afferendo ac judicando præjudiciis non raro obtrahamur; de qvib; valet illa Parabolæ Salomoneæ apud Verul. (ν) decimæ septimæ explicatio: Prima in una quaq; causa (re) informatio si paulisper animo judicis (inquietatis) infederit, alias radices agit, eumq; imbuat & occupat, adeò ut ægre elui posse, nisi aut manifesta aliqua falsitas in materia informationis, aut artificium aliquod in eadem exhibenda deprehendatur; simplex defensio primæ informationis præjudicium vix compensat. Qvod ergo judici ibidem tutissimum, ut nibil, quod ad meritæ cause spectat, prelibetur, priusquam ultraq; pars simul audiatnr &c. id inquieti quoque veritatem incumbit, ut utriusq; partis argumenta prospiciat & ante ponderet, qvam certi qvid de re qvapiam suo animo infigat.

(ν) Parabola ita habet: Primus in causa sua iustus: tum venit altera pars & inquirit in eum. Vid. de Augm. Scient. L. 8. c. 3. fol. 215.

XVI. Clarescet inde, qvid Canon, ille sibi velit, qvem fundamenti loco superiorius præmisimus. Qvoniam tot sunt ingeniorum diversitates, qvoniam præjudicia curiosioris inquisitionis neglegunt portam facile aperiunt, qvoniam etiam inter ingenia illud optimum, qvod per gradus, nil precipitando, tendit ad scientiam (ξ) idè examen omnino solidæ scientiæ cupido prius imponendum,

B 2

dum,

dum, qvām admittat aliquid pro vero, Qvod assertum credidit
rim extra omne ferē dubium esse, nī duo adhuc attentionem provo-
cent. Alterum est qvomodo examen instituendum, alterum
qvantum dubitationi dandum sit, qvippe qvæ certam adproba-
tionem in bene instituto examine non potest non anteire. Qvod
illud attinet, sunt, qvi svident, ut prius omnia qvæ de re utcunq;
dicī aut cogitari possunt, brevibus corrigantur, congesta inter
se conferantur, qvæ minus communia fuerint cum aliis in conce-
ptum priorum nos, ut si aijunt, perducent, & ex his qvod attributū
(o)ita se habebit, ut sine eo concipi res ab aliis distincta, nequeat, sitq;
velut primum reliquorum rei assignandorum, id essentiam, uti
porrò inquiunt, exprimet (π) Et sane, qvi qvantum afferat com-
modum sive in oppositionibus sive responsionibus eorum, qvæ
rei attribuuntur aut in ea continentur collatio, paulum tentaverit,
fatebitur consilium hoc non omnino de nihilo esse. Sic en. rem
primo adprehendimus, quando ipsi competitia cogitamus; sic
admiramur sāpe constitutionem rei, quando per hæc aut illa Phæ-
nomena ipsam se prodere advertimus; sic dubii non raro hære-
mus, qvid pronunciandum sit, donec meditationibus interceden-
tibus ad aliquid primum probabile, post rationibus utrinq; pen-
sitatis, ad certitudinem invictam deveniamus; qvæ scopus noster;
quem tūm satis obtinuisse nos, dicendum fuerit, ubi & nostris & a-
liorum scrupulis satisfacere didicerimus.

(ξ) Vid. etiam Verulam in Nov. Org. L.I. apb. 19. quin per
tot. fere Organ: cuius scopus est ad gradualem ejusm. in-
ductionem mentem ad sive facere (o) aut quo alio nomine
ista quarei competunt aut in ea continentur vocare ver-
lis. (π) nec hoc ab Aristotelis sententiā diversum esse
docuit Lud. de La Forge Tr. de Mente Hum. c. 4. §. 2.
p. 13.

XVII. Qvod ad alterum i. e. dubitationem attinet, tria illa
momenta qvibus veræ dubitationis limites continēntur, in The-
sis anti Cartesianis (ε) nuper getulit honoratiss. Dnus. Præses
Meus

Meus. Primum ad objectum respicit; cuius intuitus non ad omnia quæ literatur, extendenda est dubitatio, sed ad talia, quæ per argumenta utrinque sic satis fortia, certè probabilia in utramque partem flectere mentem valent, secundum de forma & modo sollicitum est; qui in decenti ratiociniorum utriusque partis collatione absq[ue] precipitata tamen ad alterutram conclusionem propensione conficit. Tertium circa finem terminumq[ue] rite acquirendum laborat, qui veritas indubitate est. Neque video quid his facile addi queat nisi deduci debeant ulterius ac pluribus declarari, quod tamen uti reservatum ibidem speciali dissertationi, ita nec propositi nostri nunc est, huic operi immorari, qui ad cunctationem bonam utrumque oculum dirigimus. Et bene quidem cunctatur in examinis dubitationisve negotio, qui ita rem perscrutatur, ut scire simul desideret, nec prius desinit, donec sciat, sed expositis firmiter principiis omnia meditata successivè derivat, quod tandem, stylo Aristotelis (σ) propriam discat Matrem discernere.

(g) Thesis ultima in quâ & hactena Doctrina speciali Dissertation. reservatur. (σ) vid. bac de re Exell. Sturm. Dissertation. de Philosoph. Sectar. & Elect. c. 5. §. 2. p. 45.

XVIII. Dum autem propriæ Matri mentio injicitur subit animu[m] alterum illud scientiarum impedimentum, quod cunctatio bona amoliri quoq[ue] potest; allegata jā superius auctoritas, quæ s[ecundu]m ab examinatione ingenia præcipue sibi nimis diffusa avocat. Prudentissime hic procedendum, ne nimium, neve planè nihil autoritati tribuitur, i.e. cunctari decet autoritati assensurum. Sed quid autoritas, quæris? quomodo in assensu cunctandum? Est illa, Becmanno (τ) describente, perfectionis opinio, & in iis quæ fidem proginea re debent, perfectio illa in dicente spectatur (v); quæ quod major, eò certior ipsa fides est. Sic, inquit, Becmannus, DEO simpliciter credimus, est enim perfectissimus. Principibus aliisq[ue] Personis illustribus istud facinus credimus, Deus enim majorem nostram perfectionem iis admensus fuit: unde Formula, bey Fürstl. wahren Worten & seqq. Iudicemensis æquiparantur. At in scientiis rerum grave s[ecundu]m dispendium inde

natum, qvod ex dicentium perfectione eis plerumq; estimari visum sic.
Illustrat Verulatius rem artium Mechanicarum successu, qvem i-
deo feliciorem Aliis Scientiis illæ nactæ sunt, qvod in Mechanico iste
ingenia multorum in unum coierint, in scientiis vero & artibus libera-
libus ingenia multorum sub uno succubuerint, sum qvod Antecessor inven-
nerat, majori luce illustrare potuissent. (Φ) Edidit in hanc de auctorita-
tate in scientiis qvæstionem commentarium velut insignem inge-
niosissimus acutissimusq; Sturmius, qvando egregiam de auctorita-
tate interpretum Naturæ, ac speciatim Aristotelis, dissertationem
edidit. Tota tractatio in tribus potissimum occupatur; primum
qværit de autoritate interpretum qvod attinet observationes & ex-
perimenta, atque circa hæc ad probat Autor laudatissimus Hono-
rati Fabri, Peripatetici recentioris &, ut vocat, ingenui judicium,
hominis ingenui non esse aliorum experimenta pertinaciter negare, quæ vel
nunquam ipse probârit vel in posterum probare recusat (χ) cautelamq;
& ipse in proposito tentandi ponit. Ceterum alia qvoq; addit,
qvibus cunctatio qvæ his ipsis (qvoad hoc negotium docetur) h. Lin-
strui satis potest, qvando monet (i.) junius Viri prudentis ac industrii
experimenta per integrum processum ita descripta, ut facile imita-
ri liceat, pluris habenda esse, qvam aliorum plurimorum relatio-
nes aut allegationes, imò, nisi ex instituto & consilio fiant, ipsas obser-
vationes (2.) Ea qvæ nobilioribus instrumentis & apparatu meliore
mediante fiant præferenda esse iis, qvæ his destituuntur. (3.) Ad pro-
bationem qvoq; industria attendendū esse &c. Secundum de hypo-
thesibus qværit & rationibus declarandorū effetuū, ubi nihil penitus
facere posse dicit ullius Philosophi, ut ut ingeniosissimi, ut ut diligentissimi,
antiqui sive moderni autoris atem; si tamen probabilitas spectetur, qvæ
uni præ altero credendum, ex aliis scriptis aut ingenio & judicio,
industria ac fidelitate &c. estimandam auctoritatem; ipsam verò,
qvæ sectæ Capiti competit, xgr̄t̄ & S̄w̄m̄ disputando non parum
valere. De cetero totam vim non in demonstratione sed illustra-
tione (sermo est de scientiis & apud Dn. Sturmium qvidem de Phi-
losophia naturali;) positā esse &c. Tertium deniq; vindicat aliqua,
qvæ poterant fortean circa hæc sinistrè exponi, abs qvibus tamē re-
ferendis abstineo, qvod priora duo ad rem præsentem de cuncta-
tione

60.

tione, tertium non æqvè faceret. (ψ). Sic valet & hic **Canon**.
Haud quidquam facile assumentum pro vero esse, nisi prius pro-
bè examinaveris.

(τ) *Polit. Med. c. 6. §. 6.* (υ) vid. *Moral. doctr. Lin. c. 3. §.*
II. 12. (φ) apud eundem *Becm. l. poster. c.* (χ) prodiit illa
dissertatio; Anno 72. Et dignissima merito censetur
Dno. Praesidi, quæ accurate perlegatur. (ψ) adde ejus-
dem Dn. Sturm. dissertat. antea allegat. de *Phil. seclar.*
Et *Elect. hab.* Anno 79. (ω) Ceterum etiam in *Theologiā*
ad Scrutinium alegamur Et examen, quod tamen con-
siderationis quoque *Theologica est*, conf. interim. *Joh.*
V. 39. A&E. 17. II.

XIX. Nunc possent hæc generalia specialioribus accommodari,
nisi de Cunctatione agentibus festinationem indicaret temporis
angustia. Pauca tamen adducturus sum, quæ specimini Acade-
mico sufficere poterunt. Ac primum quidem de Principiis ali-
qua edisseram: quæ si prima sunt, ante se non agnoscunt alia,
idque vel in certo genere scientiarum, & sic secundò prima, vel in
omni genere scientiarum, & sic primò prima vocari solent (α).
Inter hæc nota illa duo recensentur: Impossibile est, idem simul
esse & non esse: Quod liber est & non est; Nec male, sibi
in primis de deductione ad absurdum aut demonstratione re-
rum jam inventarum sermo sit. Cum tamen videam non deesse
qui inter viam distinguant *Anscultativam* & *inquisitivam* (β), atque
istifortè illa principia relinquant, huic determinent alia, non atten-
to, quod cetero qui omnino indemonstrabilia, prima præcipue
principia esse debeat, cunctandum nihilo securius aliquantis per fue-
xit, donec & ipsi de iis, quæ afferantur judicare valeamus, num ta-
nasint, ut & absqve demonstratione in sui assensum trahant.

(α) *Excerpta bac ex discursu Metaph.* Excellentiss. Dni. D.
Alberti, quem benignè mibi communicavit honoratiss.
Dn. Praes (β) vid *Celeb. Dn. Beemann. Moral. c. 3.*
§. 18.

XX. Li-

XX. Libet his ipsis adhuc quædam addere. Certum siquidem est, magum discrimen reperiri inter res proponendas ac inveniendas. In his illud primum principium est, unde, velut abs primo punto, totius scientiae initium sumitur, ac reliqua per catenam quandam deducuntur: Solent alias primum cognitum vocare. In illis autem istud primum est, ad quod in qualibet demonstracione ad convincendos Auditorum animos configimus: atque hoc viæ auscultativæ esse, ut non dubito; ita & extra dubitationis aleam posita esse, quæ ei assignantur principia crediderim; undè in iis cunctatio, postquam quis semel sensum inspexit, multum negotii non deprehendet; Major cura circa primum cognitum quod variis varie eloqvuntur: sunt qui *Ense ipsum, vocent primum cognitum*, quod, exponentibus Cornel. Martini, Scharfio, Calovio, Micraelio (*y*), non de ente præcisè ab inferioribus abstracto, sed de singularizato, ut loqvuntur, intelligendum. Sunt alii, qui ad existentiam respiciunt, quippe quam & qualibet in re primo loco contemplantur: (*d*) sunt denique, quorum caput Cartesius (*e*), qui in hac propositione (*c*) primam cognitionem contineri putant: Cogito, dubito, sum. Quos omnes crediderim quoad rem, ultimatè non differre, i.e. ab iis omnibus tanquam primum qualibet in recognitū, existentiā (*a*) intendit tandem; varium saltim esse modum eò perveniendi, de quo ipso etiam judicandum quam maximè bene cunctaturo, antequam ad reliqua pergere suscipiat. Atq; hīc in primis observandum quoq; fuerit *Interesse partium*, quod alias in Theologicis Excell. Dn. D. Alberti elegantissimè evolvit, quantum que in hac evolutione situm sit felicissimè ostendit. Si quis paria tentet in aliis, parem quoque sentiet felicitatem atque fru~~tu~~osissimum cunctationis huic negotio impeusæ laborem.

(*y*) ap. Weiss in Metaph p. 13. (*d*) vid. hic eos qui de questione an sit, num præmittenda sit questioni quid sit, passim disputant. (*e*) vid. præter ipsum Autorem, sub initio princ. C in Med. II. p. 24., Heerebord Melet. Vol. II. disp. 45. (*c*) non enim syllogismum aut enthym. esse vult, sed proponet

61.

proposition. vid Resp. ad obj. II. p. 74. (7) ensen, singulari-
zatum est id quod ut singulare existit. dum etiam definit
Cartesianum in tò Sum, existentia utiq; ultimato inten-
ditur vid. etiam Heereb. c. l. Thes. 1.

XXI. Atque hæc de principiis primò primis properante tem-
pore deproperavimus. Secundo prima non minori cum atten-
tione spectanda forent, nî ejusdem temporis velocitate avoca-
mur. Qvicquid tamen hujus est, vel tribus quoque expediam.
Nimirum inter Physica prima habetur hoc axioma : Omne Cor-
pus Naturale per se compositum constat ex materia & forma sub-
stantiali (9). Quod ipsum quas lites pepererit, prolixum nimis
foret, si eloqui conaremur. Nihil dicam de materiae primæ & sim-
plicis litigiis inter Zeisoldum & Sperlingum agitatis; cum non
difficilis adeò inter ipsos conciliatio, si rem utriusque pensitemus,
institui forte queat (10). De substantiali formâ quæ disputantur,
videtur Physicis contemplationibus benè promovendis magis
necessaria ; quandoquidem ad modum operandi respiciunt de
quo scientia evidens, qualis Physica esse debet (x) potissimum soli-
cita est. Sed hic etiam Rhodus, hic saltus. Qvoniam enim dici
nequit, quid forma illa sit, multis incongruum censemur ad talia
occulta refugere atque in iis quæ ignorantur querere scientiae fun-
damentum. Unde in accidentibus, eeu vocant, propriis, in mo-
tu, quiete, situ, mensura, figura accuratiorem demonstrandi ratio-
nem inveniri sibi persvasum habent ; (11). Et certè qui in tot cu-
riosis experimentis horum non infaustam applicationem conspi-
cit, non mirabitur, cunctationi aliquid in his abs nobis tribui, cum
reliqua omnis Physica talismodi ab axiomatibus pendeat. Cun-
gabitur a. bene & feliciter qui specialia per illustrando eorundem re-
solutionem tentabit, & qvonam ordine omnia se excipiant consi-
derabit, anteqvam de axiome illo, & substantiali forma sensa ani-
mi pronunciet.

(9) vid. Stier Tab. Phys. de hac materiâ (1) vid. en. de-
scription: Materiæ simpl. ap. Sperl. vel in Synops. p. 15.

C

(x) vide

(x) vide Phys. Heereb. secundum Peripatet. p. 1. (y)
conf. Anton: Le Grand, Greyd. aliosq; e recentieribus
passim.

XXII. Connectam his confessim specialiora; qualia jam sunt
Phenomeua Antipathia & sympathia qvæ circa aliqui subito
nimis in allegationem Amicitia aut odii naturalis ruunt. Nisi equi-
dem facile dabitur qvispiam, qvi omnium rerum scientia se gaudie-
re affirmaverit (μ); quantum enim est, qvod nescimus! neque ta-
men seqvitur, qvod ignotum mihi, id ignotum perinde omnibus,
ignotum in se est. Gratulamur huic seculo de multis, qvorum igno-
rancia majores Nostros anxie torsit: qvis dubitet plura è tenebris
erui posse, si in pluribus cùdem cù industria beneyolè conjunctis
viribus occupari omnes velint. Loqvatur vis Magnetis (ν) lo-
qvatur aëris gravitas (ξ), ac ignis efficacia, qvæ curiosus valeat, in-
qve inquirienda veritate non impatiens, nec festinabundus animus.
Atqve in promptu hinc inde ampliora forent, nisi impensa soe-
pius, qvas maximas (π) abs rebus curiosis reqviri nemo non videt,
ut plurimum ab inquisitione absterrent.

(μ) Id quidem omnes qvos legere licuit preoccupare depre-
bendi vid. interim Du Ham, de manifestis & occultis
quali: ex profess. (ν) hic locus facit, quem in Excell.
Dn. L. Rechenb. ap. Lips. Prof. Celeb. differt. de Novitate
Reipubl. noxiâ c. 5. §. 3. lego Habet enim hoc rerum scien-
tia proprium, ut hominibus unius aetatis se non totum
impertiat. Ex aliquibus aliud bac etas, aliud qva sub-
sistit post nos aspiciet. Multa venientie evi populus no-
bis ignota sciet, multaque seculis tunc futuris, cum me-
moria nostri exoleverit, reservantur, censente Seneca, l.
VII. Natur. Quesl. c. 31. qvæ namq; antiquis plane in-
cognita fuerunt plurima, Nostro aeo adaperta sunt &
forte an multarum rerum causas sciet nostra posteritas,
quas

62

ques Nos jam ut abstrusis admiramur. (z) vide Phœnomena ejusdem 34. abs Cartes. allegata P. 4. Princip. n.
145. (e) Consuli de his potest Dn. Sturmius Colleg. Curios. per varia Tentamina, etiam sub init. statim de Campan. Urinab. sub cuius Tit. quoq; videri potest Pl. Rev. Dni Praefid. Lipsia bab. dissertatio. (a) vid Exempl. Fr. Baconi de Verulam. qui curiosa rerum, Naturalium perscrutatione, omnem rem suam absumpsi, adeoq; anno 200. libr. reditu donatus fuit, vid. Becm. Hist. Orb. Terr. cap. 4. §. 2. part. 2.

XXIII. Ceterum quæ de Vacuo differantur, non incognitum est ei, qui vel primas fere recentiorum imprimis Physicorum lineas perlustravit. Nonnulli Naturale dari ajunt, nonnulli artificiale procurari posse contendunt. Ex illorum numero Gassendum (p) quoque esse uoximus, qui variis argumentis abs Bombarda pneumatica, Æolipila, salis dissolutione, Baroscopio depromptis defensitare vacuum annis fuit (o) In horum vero classe recenti sunt qui extractionia aeris dant operam, & abs extracto aere ad vacuum consequentiam valere arbitrantur (r) Qvos utrosque tamen cunctationib; bonæ nondum satisfecisse ex dilucida dictorum Phœnomenorum absq; vacui subsidio resolutione innotescit. Non vacat in omnia isthæ experimenta specialiter inquirere. Diccam tamen brevibus, quid sentiam; & primo quidem materiam quandam subtilem omnibus Corporum crassiorum interstitiis supplendis aptam (u) præsuppono, quæ in compressione expulsa condenlet, in rarefactione intromissa expandat Corpus. Hac præsupposta quippe Phœnomena allata mox, neq; difficulter enucleantur. In bombardis illa aëris compressio sit per subtilis materiae expulsionem; in æolipilis expansio per ejusdem materiae intromissionem, nec minus in Baroscopio id qvod Vacuum adparebat spatium, materia subtiliori adimpletur. De sale res paulò obscurior esset, nisi cum dissolutione ampliari locum doceret experientia; quæ de his omnibus non absq; re videtur loqui Anto-

nius Le Grand, qvi consuli ulterius potest (φ). Nee ab similia
affererem de artificiis vacui demonstrationem minitantibus;
qvandoqvidem extractio isthac exiguum qvidem ac tenuem aë-
rem, verbo: subtilem, non autem plane nullam confessim mate-
riam arguit. Probent id tubi illi, inqvibus ob defectum aëris
(sufficientis, addendum erat) extingvi animalia ostensum fuit.
Qvod enim videre in iis extincta animalcula liceat, qvod ab uno
extremo pateat ad alterum oculis aditus, id sanè monstrat, non
omnimodis sublatam materiam, sed crassiorum saltim aërem
evacuatum esse. Qvæ omnia examine ritè instituto ipsi Defenso-
res Vacui non poterunt negare.

(φ) qvem ipsum alias Epicuream ex orco velut revocasse
Et in multis expolire conatum esse Philosophiam novi-
mus (σ) Vid. Anton. Le Grand. Hist. Natural. P. 1. art.
3. ubi Et ipsorum Phænomenorum descriptiones legere
licet. Baroscopium tamen in Colleg. Curios. speciali-
us delineat Excell. Sturmius (τ) vid. Schott. in Techn.
Curios. ejusque fere initio si recte memini Phænom. quæd.
exhibentem (υ) an malis auram vocare et heream, quo ve
alio cogites ipsam insignire nomine, mibi perinde fuerit.
(φ) Hist. Nat. c. 1.

XXIV. Subjicerem aliquid de motu & ista præsertim Controver-
siā, qvæ inter Tychonicos & Copernicistas agitatur, num terra
moveatur. Imprimis dum principale illud, qvod ex scriptura
contra hanc petitur argumentum, etiam Magis Theologis non
obstat videtur, quo minus ut hypothesis Mathematica terræ mo-
tus recipi possit (χ) Agerem item de Magnorum Mundi corpo-
rum Magnetismo (ψ) animalibus, ut vocant sponte genitis, (ω)
de sede mentis in Corpore humano (α) aliisque pluribus in qui-
bus unum alterum videbatur adhuc satis ponderandum esse, ante-
quam plenè decidetur; siqvidem moram admitteret, cunctatio-

nemye

63

nem̄e agnoscet discessui ex inclytâ hâc, qvam tanq; Studiorum meorum Nutricem benignissimam magni semper aestimabo, Academia, destinatum à Venerando Dn. PARENTE tempus. Sic verò delibanda abs nobis sunt pauca, ut plura meditandi occasio aliis relinqvatur. Cunctationis tamen, qvæ in Physicis qvoad particularium rationes non intermittenda est, ut qvædam Norma suggeratur, placet illud consilium amplecti, qvod elegansissimum suppeditat Venerandus Dn. D. Alberti, satius esse in Physicis particulares formare propositiones, qvam provocare conformatim ad universalem qvandam assertionem. Dum enim illæ ex ipsis Phœnomenis præsentibus fluunt, non video qvidqvam periculi assertionibus particulariter positis subesse; at abs instantiis facile, n̄ satis superq; Te præmuniās, obviis habent cur metuant sibi edicta universalia.

(x) vid. Dn. D. Scherzer syst. Loc. III. §. 13. in allegat. error. ubi hanc Parentheticam limitationem leges (ψ) Scripsit hâc de re integrâ Dissert. Dn. Sturm. Anno 71.
(ω) evolvatur interim Anton. Le Grand, Hist. Nat. P. VIII, artic. I. eundemque lege in ipsis Institut. P. VII. Art. 22. p. 773. (α) hic enim primum quereretur num in Corde, num in capite sedes illa? deinceps in capite num ad glandulari quandam Pinealem, de qua videantur Cartesiani, num ad alium quendam viarum concursum respiciendum, Quam rem pre aliis mereri contemplationem crediderim: Cui tamen me in hâc ratio in Thesis data non permittit (β) Legi id in Præceptis illis, que Vir Excell. in gratiam Auditorum absque titulo tamen, ante aliquot annos excudi fecit, , Physicis sub finem.

XXV. Seqvitur Principium Moralium: qvod in dictamine rectæ rationis fundatur qvippe cui totam qvoque Doctrinam suam Moralem superstigit Beccmannus (γ) Ac generatim qvidem

C 3

sun

cunctatione vix videtur opus esse, dum omnes fere in hoc principium consentiunt (δ) At ubi in rectae rationis Naturam studiosius inquiritur, variantibus sententiis reddit examinis necessitas. Permittimus nunc prolixitatem ejus aliis, abs conformatione tamen actionum nostrarum cum ritè cognita rerum Natura multum lucis proficiisci (ϵ) opinamur; Plura vel ex ipso Beccanne vel ex aliis rationem (ζ) curatius delineantibus peti possunt. Lubet enim ad ACTIONES ipsas ad quas abs Scientiis pergendum nobis, progredi atque de his quoque nonnulla monere.

(γ) vid. Moral. c. 1. §. 3, c. 2. §. 1. (δ) quamvis alii aliter adplicant, vid. ejusdem Beccm. Moralia De Moralibus c. 1. §. 6. (ϵ) abiego hic ad Praefat. Doctr. Moral. (ζ) aliquahabet Pufendorff. J. N. & G. p. 178. ubi tamen qua de Inscriptio[n]is expositione extant nostra non facimus.

XXVI. Tribuitur autem in Moralibus Cunctatio præcipue Magnanimo: Hinc ille Durrii (η) in Ethica paradigmatica Aphorismus. *Magnanimus otiosus est & Cunctator, nisi sorte offerantur eximius honor aut occasio, magna & illustria gerendi.* Hoc est Non præcipitat Consilia & actiones suæ magnanimitus, quippe, qui magnus actionibus intentus est & magnorum causa agit velunde magnus honor expectatur. Ex qua ratione eidem satius est unum aliquid insigniter facere, quam plurima mediocriter; Ita habet quam ipse subiicit expeditio. Dum vero paucis hōc pacto inhāret, plerumque felicior successus comitari solet. Ut comitari possit Cunctatione & mora opus habet, quā, dicente Tacito (ϑ) Actiones valescunt. Pariter & fortis dum fuga, dum ante ipsa opera quies assignatur, assignatur quoque cunctandi prudentia. Sic Germanis cedere loco dummodo rursus instes, Consiliis, quam formidinis visum (ι) Sic Leonidas socios cohortatus est, ut recederent & se ad meliora Patriæ tempora reg

ra reservarent (κ). Sic Tacito (λ) fortissimus in ipso discrimine exercitus videtur, qui ante discrimen quietissimus,

64.

(η) est is S. 3. c. 2. apb. 9. p. 280. (ϑ) L. 1. Hist. c. 32. n.
3. (ι) Id Tacit. de Germ. c. 6. §. 8. (κ) Just. L. 2. c. II. §.
5. (λ) Tacit. Hist. I. c. 84. §. 3.

XXVII. Possem eodem modo ceteras pervidere Virtutes: Dum enim in medio consistunt omnes, quid aequo injungant, ac prudentem, ne sine excedamus, deficiamus cunctationem? Sed alia paucis attingere visum est, ac in primis respicere medium à cunctatione depromtum, quod in scelera fervor restringi possit. Commendat hoc studium Agesilai illud: malle se in coercenda cupiditatibus superiorem esse, quam adversariorum urbem fortibus viris instruimus capere; praestantius enim esse, ut quis sibi ipsi servet suam libertatem, quam ut alios libertatem adimat. Qualem autem medium hic velim, exemplo irae illustratus sum: allegoque in eum finem Athenodori illud, quod Agustum instruxit: cum ira te invaserit, nihil prius dixeris & feceris, quam viginti quatuor literarum Graecarum elementa animo repetieris. Quorum & istud S. Ambrosii Mediolanensis Episcopi, qui autor fuit Theodosio Imperatori, ut conservaret legem, quae executiones sententiarum de suppliciis hominum, in diei usque trigesimum differvet, ut interea paenitentiae aut misericordiae statutum super esset. Certè si non dissimili modo in omnibus iis, quæ subito mentem nostram in vicia pelliciunt, cunctari disceremus, melius utique nobiscum ageretur, neque præcipites in tot pericula nos temere daremus: quod abs multis negligere huius dolendum.

(μ) refert hec omnia partim ex Plutarchi Apoph. partim ex Sozom. Hist. Eccles. Dür. Eth. Prad. p. 337. 338.

XXVIII. Sunt inter hos inusti Aggressores: quæ situm verò fuit, non iisdem obviandum sit, cum præsentissime iporum pericula & respon-

& respondet Dn. D. Alberti (v): *Ubi me aggressor in praesentissimum ac indeclinabile vitæ periculum conjicit, oportet me ex charitate ordinata defensionem mei suscipere, etiam cum praesentissimo periculo aggressoris.* Bene enim Grot. (ξ) *Morali Judicio non videtur estimandum illud periculum in quod se ipsum quia conjicit & unde se potest eximere.* Sed & hoc in casu cunctatio quædam necessaria est, cujus si requisita omnia consideres (o) producunt tandem inculpatæ tutelæ Moderamen. Magnum interim etiam hic momentum habet prudentiæ præceptum. *Omnia prius, quam armis, quam ad ipsam necem usque, experiri sapientem decet.* (π) Interim meritò precatur quisque Deum, ne talia experiri cogatur.

(v) *Compend. f. N. p. II. c. 3. §. II. (ξ) L. I. c. 3. §. 3. confiterum Dn. D. Alberti p. sequ.* (o) *requisita hæc vid. tum apud Theol. Dn. D. Scherzer. Colleg. Antisocin. p. 1063. tum apud JCoos passim* (π) *vid Pufend. f. N. G. L. 2. c. 5. §. 3.*

XXIX. Ita cunctatio violentiæ mederi annititur; medetur vero etiam fraudulentia, mediocritatem e. g. in adhibendo fidem aliquis que insinuans. Est *Credulitas Immodica estimatio fidei alterius;* quæ quam periculosa sape extiterit, non uno Exemplo ostendi solet. E Sacris afferri potest Propheta à Leone disceptus. *Pecatum Credulitatis erat, potuisse enim intellectu suo fallitatem dictorum alterius Prophetæ assequi.* In veteri Historia profana memorabilis est credulitas Neronis circa falsos Thesauros, in Africa reperiendos; ad quos, non Autoris nec ipsius negotii fide satis spectata, nec missis Visoribus, per quos nosceret, an vera asseverentur, jam tum miserat, quivelut partam prædam adveherent, quorumque spe inani consumebat veteres opes. Nec dissimile, periculosis tamen, credulitatis Exemplum posuit Jacobus Angliae, sed tunc adhuc Scotia Rex, Thesauri inveniendi pollicitatione in praesentissimum mortis discrimen addudus. scilicet sapienter Rex Sapientissimus: *Qui facile credit, facile decipitur.* Unde ipsa ruinæ rerum. Quæ ut evitetur Cunctationis consilia est: *Fide!* sed cui vide!

(ε) Bes-

65.

(e) Beermann. Moral. c. 4. §. 19. qvō loco reliqva, qvæ buc
transposuimus, ipse habet, Illustrationis gratiâ nonnulla
alia addit.

XXX. Universum vero in Moralibus dixerim : Nil age, prius
qvam sinem resperteris. In Cogitationum spharâ hoc monitum
apud Beermannum (σ) lego : ut hujumodi res tantum cogitemur,
quarum, si quis nos subito interroget, consilium rationem reddere possumus.
Addit ex Besoldo : subinde hoc te ipsum interroga : qvam ad rem
nunc utor animo meo ? atqve examina te ipsum. : Ea pars, qvam
principem vocant, qvomodo nunc habet? Cujus animo præditus
sum ? Num pueri, num adolescentis, num Mulierculæ, num
Tyranni, num jumenti, num feræ ? &c: O utinam in omnibus etiam
Actionibus ad talia sive meditamenta, sive examina asvesieremus,
haberet sane conscientia nostra, cuius res agitur, cur de benignio.
ri possit tranquillitate sibi met gratulari. O utinam Syllogismum
illum, qvem egregie exponit Beermannus sæpe laudatus (τ) pra.
eticum, rectius qvsiqve attendreit non sequeretur profecto totiens
conclusio damnans, sæpius esset non parum absolvens. Felix au.
tem ille;

cui murus abeneus hic est

Nil confire sibi, nulla pallescere culpâ.

(σ) Moral. c. 2. §. 13. (τ) Ita vero ille syllogismus habet:
Major agit, de Jure, Minor de facto vel statu, conclusio
elicit relationem facti aut statutus ad jus &c. vid Moral.
c. 5. §. 3.

XXXI. Atqve hæc de Actionibus iis qvæ ad Moralia (υ)
spectant. Pergimus ad Politicas, qvæ partem omnium maxi.
mam cunctationis honœ constituere censentur. Neqve de esset
michi differendi materia; nisi deesset, ceu vice plus simplici jam jam
conqueritus sum, temporis copia. Agâ interim, qvod in penuriâ hæc
videtur optimum, dumqve eo ipso, ubi ad Politica hæc accingor, in
disputationem sub Præsidio Excellentiss. apud Lipsienses Professoris
Dn. Licent. OTTON. MENCKENII jam pridem (φ) habitam

D

incido,

Incido, qvæ prudenteriam festinandi lente exposuit egregie, qvæ
qvid in præsentem rem aliquid conferre videbitur, brevibus huic
transcribam, qvandoq; videm alias vix obvium amplius eruditissi-
mum illud opusculum esse arbitror.

(v) Huncenim terminum ad vitam recte rationi confor-
mandam qvomodo applicaverit Beclm. vid. sub init. Pro-
rem. Moral. (φ) Lipsæ Anno 71. d. 30. Sept.

XXXII. Attigitus autem qvædam sub initium ut pote illud
Caroli V. Animam Consilii tarditatem esse; cui limitationes ibidem
additas subjecere aunc libet: (1). Tarde deliberandum esse, sed non
sero. Timet enim, atque eum deficere omnia videntur, qui in
ipso Negotio capere Consilium videtur. (2) Tarde deliberanti illud
Comici ob oculos versetur: Ne qvid Nimit. Ineptis enim di-
sputationibus & supervacanea sapientia exrahitur facile delibera-
tio. (3) In Negotiis qvæ moram non patiuntur, rapienda, non
qværenda sunt consilia. Consilii enim expers Galba agebatur
huc illuc, donec in percussorem suum incideret ei que jugulum fe-
riendum præberet. (χ) Ceterum patientia ibidem docetur opus es-
se, cum occasio agendi nulla apparet. Bene siq; videm Saavedra: omnia
agamus cum tempore, sine quo res nulla maturitatem assequi potest.
(ψ) Non apparet autem occasio agendi in adversis. Tum enim fas est, ut
trahas, quantum possis negotium. Interim qvippe, ut dicere sole-
mus, fieri aliquid, mutatoq; rerum statu longi temporis moram
brevi industria licebit resarcire. Exceptio hæc tamen non negli-
genda: ubi res eò angustiæ devenerunt, ut plane nulla assulgeat
fortunæ melioris spes, à celeri audacia non incontulite peti subsi-
dium. (ω) Et hoc generale est. Qyod specialia concernit, hæc
ille habet. In mutatione Reipublicæ lenta progreendi ratione opus
est: cum nihil hic agendum temere, sed in re tam ardua tantoq;
subjecta discrimini commoda agendi oportunitas expectanda sit;
& hæc qvoque datà amor novi status prius inferendus, quam hic
ipse inferendus. Neque etiam in mutatione legum festinandum: Nam
si paululum aliquid ex eo vinculo, qvō salus publica vincitur,
laxas,

66

laxas, vix poteris restringere postea; Ad eam minimam quaeque mutationem in talibus maxima causa & via est. (a) Quid de Religione dicendum? Hac si quid pravitatis habet, emendationem nullum non tempore subire potest, immo debet; Ceterum nequaquam, quod interna, verbi praecocium & Sacra administrationem quidquam immutare licet (b), nec facit. Igitur aut Ceremoniae in Ecclesia sunt mutandae, nisi justa causa subsistat, ac necessitas status Ecclesiastici id exposcat (c). In Præmissis non cunctandum est, scilicet tamen in paenitentia, nisi publica. Securitas aliud suadet. Reliqua sive ad seditiones sive ad bella spectantur & quoad illas, si invaluerint, dissimulatio laudatur, quoad haec pro diversa temporis, subjectorum, mediorumque ratione, nunc svaldetur mora, nunc dissimuletur; quod omnia excerpere velle, nimis prolixum foret. Hac tamen colligere his in chartis volui, quod ibidem elegantissime ordinata reperirem.

(a) vid. §. 8. 9. (ψ) §. 12. symb. Saav. est 34. (ω) §. 14. (α) §. 16. seqq. (β) vid. 21. atque hoc loco in questionem venit an per omnia obtineat, quod de Jure mutandi religionem Dn. Beccm. Polit. Med. c. 17. §. 8. differit; videntur aliquid eaque necessarie limitationes suggeri à B. Carpzovio Ipr. Consist. definit. 69. n. 6. confer aliqua apud Dn. D. Scherzer system. L. 26. §. 13. (γ) ita habet definitio Ipr. Consistor. Carpzov. 246. § 247.

XXXIII. Ut jam de meis vel tria addam; non indignum obseruatum est, quod de discrimine ingeniorum Hispano Gallicorum inter alia Gramondus (δ) habet; tametsi quædam benignius in sua gentis laudem dicta sunt: Galli, inquit, Magnanimi, alacres, in prima conamina fortes, domandis hostibus, expugnandis arcibus validi, invicti, nisi quod mutabilis gens. Assuetudine laborum nihil Hispanis superiores, indecessanter laborant, & si lassantur, fortius figurunt pedem. Gallis propria, lenta Hispania virtus; hinc bella apud illos cunctatione tractantur; nobis prælia & festinatio casus placent. Sic Gramondus. Neque tamen inter ipsos Gallos desunt Cunctatores. Exemplo esto Turenus

nius, quem cum Gassioneo quoad diversitatem istam satis apte
comparat Priolus (¶) ille, inquietus, opportunitatem locorum sapienter
legere, inquietant & sine luctu Victoriam saepius reportare; tandem,
varo manu, hostibus obniti: dispositu provisusque Paci & bello bene consue-
lens, trahere bella prudentia, an morandi in imperio cupiditate aut Na-
turali superbia? Gassioneus spe properus, nec moras unquam
nec fletens; nihil flagrantem animum retinebat; assulta indefessa nocte dieque
hostes lacestere, ad utraque munia militis & ducis sufficiebat: ipsis peria-
cula letus ut alii premia periculorum. Ac alibi de Turenio (¶) solo:
Turenius militarem Impetum auctoritate, providentia, virtute,
semper temperavit, secundarum ambiguorum rerum sciens, eoq; in-
teritus, decus reportavit illig victoriosi diei, & rem labantem restituit.
Quin in ipsis Gallis cunctatorem nos bello Nupeto quam maxime
mirari jussit, qui hinc inde copias deducens suas commodis se ser-
vavit occasionibus, usque dum eum prudentia nescio, an fortuna,
certe vita ubi Cunctatori, Gallo Cunctatori Italus (¶) se opposuisset,
ja ante aliquot annos deseruit (¶). Sed haec bellica sunt. Qvibusvis
autem in casibus benè cunctari novit Mazarinus, de quo idem Priolus (¶)
ille opinia scire, non omnia exequi, temporis opportunitatem, quā nullus
mortaliū sapientius usus est, præstolari, tranquilla potestate peragere,
quod ali violenta fradabant; Egregio exemplo, quod in politicis, mo-
do separantur à Vitiis Virtutes, non abs re commendari solet Cuncta-
tori Bono, cui præterea & hæc, ante qvā finiam reglinqvim. De mōro
Plinius, (¶) quod novissima omnium germinet, & tamen pariat inter pri-
mas, ita, qui tempus idoneum operiuntur rei conscienda, etiam si serius ce-
perint, tamen matutinus consciunt. Operiuntur autem tempus ido-
neum, qui in verbis cum Catone (λ) gloriari possunt, se nullum
unquam verbum emisisse, quo l' emissum cogarentur dolere. Qui in factis ma-
xime & ad res attendunt & ad animos, qvibuscumq; suis negotiū est.
De animis Lipsius; (¶) Sicut inusto tempus dandum est, ut despumer,
sic animis uiri facies ejiciant opinionum. De Rebus bene memoratur
illud Ciceronis: (¶) quis ignorat quanta momenta sint in Republica
temporum, & quid intersit idem illud utrum ante an post decernatur, su-
scipiatur, agatur. Ja finiadum est; sic Tempus jubet, Qvæ omissa, qvæ
brevi-

67.


breviter tacta sunt, Tu bonam interpretaberis in partem, Lector benevole. Satis exercitio datum fuit materiae. Plura non intendeo. Poteram alias per universam historiam porrotenus excurrere ac pluribus axiomata superius excerpta illustrare. Sic vero in illo Q. Fabii subsisto, Nec Ego ut nihil agatur moneo, sed ut agendum Teratio ducat, non fortuna: tuæ potestatis semper, tuæque omnia sint armatus, intentusque sis, neque occasione desis, neque tuam occasionem hosti des. Nihil verò magni discriminis Consilium tam inimicum quam Celeritas, Celerem enim penitentia sed saepe sera atque inutilis sequitur.

His poterit BONUS in Politicis CUNCTATOR delineari.

Deus, qui Director Bonorum omnium est, det, ut
bene omnia inter nos siant, cui

Laus sit & Gloria.

(a) Hist. Gall. Lib. 1. p. 28. Edit. Lips. (B) Hist. Gall. Edit.
Lips. p. 31. L. 1. c. 21. (y) ibid. L. 1. c. 8. p. 295. (d) quod
Comitē de Montecuculi velim, quisque facile intelliget,
qui hoc ipsum quoquam nomine insignitum Politicis, dum vi-
vit, suisse, novit (g) Ita Dn. Praes in dissert. de Friderico
Admōrō Thes. 6. (i) c. 1. L. 3. c. 6. (x) Hist. Nat. lib.
16. c. 25. (k) Spectans buleges de taurinitate circa pu-
blica, quibus olim Galli babebant sanctum, ut si quid
quis de Republicā finitimiis etiam rumore aut famâ
acepisset, non statim publicè dispergeret, sed ad
Magistratum prius deferret, neve cum quoquam alio
communicaret. Qvia saepe homines temerarios
atque imperitos falsis rumoribus terreri & ad faci-
nus impelli, & de summis rebus consilium capere,
cognitū est. Magistratus verò qvæ visa erant occulta-
bant, qvæque ex usu judicassent multitudini prode-
bant, nec de republica nisi per consilium loqui per-
mittebatur. vid. apud Reusner in Hort. Polit. Cor. 3.
P. 266, seq. (u) Polit. lib. 4, c. 3. §. 21. (v) lib. 1, ad
Brut.




breviter tacta sunt, Tu bonam in
benebole. Satis exercitio datum
tendo. Poteram alias per univer-
curre ac pluribus axiomata super-
to in illo Q. Fabii subsisto, Nec Ego ut
tem Te ratio ducat, non fortuna: tuē p-
armatus, intentusque sis, neque occasio-
nem bosi des. Nihil verò magni discrim-
Celeritas, Celerem enim penitentia sed

His poterit BONUS in Politicis

Deus, qui Director Bonorum
bene omnia inter-

Laus sit &

(a) Hist. Gall. Lib. I. p. 28. E.
Lip. p. 31. L. I. c. 21. (y) ibid.
Comitē de Montecuculi vel
qui hoc ipsum quoq; nomine
sit, fuisse, novit (9) Ita Dn. P.
Admorsō Thes. 6. (1) c. I. I.
16. c. 25. (λ) Spec. Tans. buclege-
blica, quibus olim Galli bab-
quis de Republicā à finitim
aceperisset, non statim pub-
Magistratum prius deferre
communicaret. Qvia sa-
atqve imperitos falsis rum-
nus impelli, & de summis
cognitū est, Magistratus ve-
bant, qvæqve ex usu judica-
bant, nec de republica nisi
mittebatur. vid. apud Reus.
p. 266, seq. (μ) Polit. lib. 4
Brht.



n partem, Lector

Plura non in-
porrotenus ex-
ustrare. Sic ve-
ne, sed ut agen-
tuque omnia sunt
que tuam occasio-
m inimicum quam
inutilis sequitur.

OR delineari.

, det, ut

Hist. Gall. Edit.
295. (δ) quod
uile intelliget,
litisis, dum vi-
rt. de Friderico
Hist. Nat. lib.
tate circa pu-
m, ut si qvid
ore aut famā
eret, sed ad
qvo qvā alio
temerarios
eri & ad faci-
lium capere,
rant occultā-
udini prode-
im loqui per-
Polit. Cor. 3.
(ν) lib. I, ad